

Kreis  
Paderborn

S. 147

1189.

[24

Beatrix, Äbtissin in Kaufungen, bekundet, daß ihr Ministeriale Mengenward mit ihrer Einwilligung dem Kloster Hardehausen einen Zehnten in Rosbach<sup>2)</sup> überlassen hat.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Ego Beatrix, Dei gratia in Kaufungen abbatissa, coenobio in Hersvithehusen in perpetuum, Amen. Notum esse volumus tam modernis quam et post futuris omnibus Christi fidelibus, quod dominus Mengenwardus, ministerialis noster, nostro consensu et voluntate decimam unius mansi quam habet a nobis in superiore parte villae Rosbach, consentientibus heredibus suis coenobio Hersvithehusen

tradidit, eo videlicet pacto, ut sibi et post cum suis heredibus annuatim duo maldra avene solvantur, sic tamen quam diu cultum fuerit a iam praedicto coenobio; et si sic accidat, quod ipse vel sui sine legitimo herede decedant, reditus iste ecclesiae nostrae redeat. Quod ut ratum atque inconcussum permaneat, sigilli nostri attestatione corroboramus. Huius rei testes sunt comes Fridericus, frater lantgravii; comes Wikerus, comes Henricus de Cigenhagen, Ekkehardus ministerialis de Coufungen, Conradus de Dunrebach. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis MCLXXXVIII<sup>o</sup>.

VII, 52. Reg. Stumpf, Acta Maguntina Nr. 139 zu 1199! (aus Overhams Collect. I u. V. Wolfenbüttel). Druck: Roques, U.-B. Kloster Kaufungen I, 29 nach einer neuen Abschrift St.-M. Münster nach Overham.

<sup>2)</sup> Wüst in der Gemarkung Eichenstruth, Vdr. Kassel. v. Roques, U.-B. I, 21. 76. Landau, Wüstungen 57.